



DOMINICA I.

Catechismi *κατολιζόμενα*
 continens:

ET

INVITATORIA EST AD CATE-
*chesin sedulo audiendam & addi-
 scendam.*

TEXTUS 2. Timoth. 1. 13.

VERSUS 13. *Formam teneto expressam
 sanorum sermonum, quos à me audisti cum
 fide & charitate, quæ est in Christo Iesu.*



ADMIRANDUM & modis omni-
 bus deprædicandum Dei opus
 est patefactio voluntatis ipsius,
 dato verbo & misso in hunc
 mundum Filio Redemptore u-
 nico nostro, splendore gloria &
*charactere substantiæ Patris; utpote in quo ceu
 clarissimo archetypo voluntatis illius erga Ge-
 nus nostrum liquidò resplendet. Heb. 1, 3.*

Excellentissimum quidem beneficium Dei est *κατολιζόμενα*
 collatio: ut quoties clementissimus Deus cœli-
*tus nobis indulget tempora tum fructifera tum
 tranquilla;*

A